

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

Prot. n. 3196/72 VT

N

Nullitatis matrimonii

(X - Y)

Die 17 aprilis 1972 D.na Y recursum interposuit adversus sententias latas a Tribunali N et a Tribunali Z quibus nullum declaratum fuerat matrimonium a se cum D.no X anno 1937 initum.

Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal, in Congressu habito die 5 decembris 1972 coram Em.mo Cardinali Praefecto, mature perpensis tum sententiis tum actis causae,

decrevit:

«*Causa remittitur S. Romanae Rotae, quae primum videat de nullitate sententiarum, ac dein de merito causae in primo vel in tertio gradu iurisdictionis prouti constet vel non constet de nullitate sententiarum. Interim vetatur viro transitus ad alias nuptias*».

Datum Romae, die 9 decembris 1972, e Sede Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae.

Dinus Card. STAFFA, *Praefectus*

+ Aurelius SABATTANI, *Secretarius*